GILBERTUS UNIVERSALIS
Admont, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 141r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26360
Copyright: Admont, Benediktinerstift



penarum. Egyptus quoque dat manus assyriis.
in sacietatem ipsis. quando heretici soci
antur hereticis. ut se sacient acquisiti
one decepti populi. Sed iuxta hebraicam
ueritatem ecclesia lamentatur. quod et minis
tri altaris pro terrenis rebus dant manus
suas potentioribus qui diuitiarum vel delic
torum tenebris obscurantur. Egyptus enim
tenebre interpretatur. vel assyriis. i. diri
gentibus. qui se scilicet ad omnia mundana
dirigunt. ut diuitiis affluant. hono
ribus excellant. quibus seruiunt minis
tri xpi pro caducis et transitoriis. et sic
luminaria mundi. tenebre fiunt. qui
manus ad scam debent leuare. et cum moyse
ad celum tendere ne fiant graues. Vnde.
In noctibus extollite manus vestras in scam.
Patres nostri peccauerunt et non sunt. et nos in
iquitates eorum portauimus. Pasc. hist. Patres
nostri etc. Iudei iniquis patribus similes
maledicta legis intra se traxerunt. quasi
importabile iugum. nolentes xpm re
recipere. qui iugum uenerat legis auferre.